

Q.K. 376,9.

X 186/1224

II h  
124

DE

# ANGLIÆ REGNI GENIO, DOTIBUS AC MORIBUS,

SEPARATIM,

Ad

JOAN. BARCLAJ Icon. Animor.

PRÆSIDE

## GEORG. CASP. KIRCHMAJERO,

Orator. in Electoral. Sax. Academ. VVittenberg.

Prof. Publ.



*Differet in Auditor. Majori*



*Ad d. Julii, ANNO clis lsc LXXXII.*

## PETRUS THEODORUS Le CERF,

Magister Parisiensis, Cadomo-Gallus, Medicinæ Cultor.



WITTENBERGÆ,

Imprimebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.



ANGELMAREGA

GENIO DOUTIBUS

A C M A G A

GEORG CASP KIRCHMANN

PETRI THOMAS CERRE

Impressor MATTHIAS HENCKELUS, Actus Typogr.





AD

JOAN. BARCLAI Icon. Animor.

DE

ANGLIÆ REGNI GENIO, DOTI-  
BUS AC MORIBUS.

**N**E hiemis quidem (in Anglia) rigor  
assueta libero aëri pecora (nisi fortè supra morè inbor-  
ruerit,) in stabula aut ovilia deducit. Iis sufficere solent  
nuda cubilia herbag, quas hibernus tepor alit.) De rei  
& verborum horum veritate adeò non dubitamus, ut ambabus  
largiamur Sheringhamo de Orig. Anglor. discept. i. cap. scribenti:  
Aër salubris & in Anglia, nî fallor, totius Europæ temperatissimus;  
ubi nunquam terra nimio estûs fervore immodicè torretur, aut nimio  
frigoris rigore aduritur. De causa quæritur; cum Anglia in pri-  
mis sita sit inter grad. 17. & 22. Longitudinis, Normanniæ in Gal-  
lia æqualis; atque inter gr. 50. & 57. Latitudinis Aquilonaris, pari  
censu æstimabilis cum Flandria, Seelandia, Hollandia, Dania, &  
Saxon inferioris parte. Et Barclajus tamen in seqq. fatetur:  
Hiemes non illic pro plaga & Septentrionis vicinia aspera; cum vehe-  
menter Gallicam oram quatiant; quæ Britannia adversa est, multoq;  
rigidius Batavorum celo incubent. Videtur rationem adduxisse  
Eduardus Chamberlayn, dum part. i. of the present stat of England  
c. 1. scribit: *The Air is far more mild' and temperate, than any part  
of the continent under the same Climate. By raison of the warm  
vapor of the sea on every side, and the very often winds from the  
buge western sea; the cold in winter is less sharp, than in some parte*

Sub dio An-  
glia pecora  
hibernant.

of France and Italy, vvhich yet are seated far more southerly; & quæ sequuntur. Res referenda igitur non tam ad solum, quàm ad solem tam diu conspicuum, & salum, atque ventos, pluvias ac nebulas frequentes; quod uberiùs persequitur ibidem idem. Si Cambrobrittanniæ excipiat quis montes, ubi nives notæ, regionum reliquarum qualitatem sic expressit, nescio quis Vates:

*Tu nimio nec stricta gelu, nec sidere fervens,  
Clementi cœlo temperieq; places.*

Quid visum *Cæsari* olim fuerit de aëris Britannici temperie, & *Tacito*, occurrit illâ quidem parte lib. 5. bell. Gall. hæc autem cap. 12. in vit. *Agric.* De graminis in Anglia luxurie ac armentorum pecudumque numero, propemodum innumero, *Iliadas* non scribimus post tot *Homeros*.

¶  
*Terra Angl.  
in primis fe-  
rax. ne quid  
nimis tamen!*

¶  
*De natura &  
varietate se-  
minis.*

*Britannicus ager omnis generis semina facile concipit atque servat;* Si, quod Poëta asserit, *non omnis fert omnia tellus*, aut sola esset *Anglia* hæc tellus, aut præcipua. De semine *Animali* (cùm semen triplicis sit alioqui generis in regno triplici Naturæ,) nulla quæstio hîc loci: nec de *minerali*; quamvis nihil etiam hæc parte desit *Angliæ* feraci, sed de vegetabili solummodò, *an omnis generis seminum sit capax & servatrix Anglia?* nunc videamus. Propior neganti sum aut dubitanti, omnis generis seminum altricem esse atque servatricem *Angliam*. Dotes Deus suas variè in varias distribuit regiones; *nec omnis fert omnia tellus*. Semina alia, respectu propagationis, vel *nativa*, vel *sativa* sunt. Semen etiã ac fructus nunc inter se differunt, nunc idem notant: quod diligentissimus Naturæ indagator olim, *Dr. Sperlingius* uberrimè ostendit contra *Adversarium* in, de semine, tractatu, c. 2. Omne semen enim fructus est respectu scil. illius, à quo editur. Respectu ejus autem unde generatur aliquid, est semen. Sic semen ratione arboris hinc generatæ *juglans* fuit; fructus, arboris intuitu, à qua productus. Ita semen animalium peræqvè. Quærimus à fidei experientiaque incorruptæ *Anglicis* Scriptoribus: *An omnis, omnis inquam, generis semina ferre soleat, & conservare Anglia?* Sub notione autem seminum non intelligimus tam naturalia, seu  
sponte

sponte nata, quàm sativa & industrialia. Haud sola nempe *Olera* sufficiunt, ut brassica diversi ordinis, cucurbitæ, cucumeres, pepones: nec *Legumina* duntaxat, uti fabæ, pisa, lentes, ciceres: nec *Nuces*, ut *Amygdalæ*, juglandes, avellanæ, pineæ, myristicæ, castanæ: nec *Baccæ*, uti pruna, uvæ, cerasa, juniperi, olivæ, cappares palmæque: nec *Frumenta*, uti Saracenicum, avena, Zea, hordeum, secale, milium: nec *Pyræ* saltem varii coloris & saporis; sed & *Pomæ* omnis generis, aurantia, Armeniaca, Punica, Persica, citria, limonia, hortensia vulgaris, & selectiora, illa sc. cotonea, Borstorfiana, & similia. Sed & *Siliquæ*, ut thamarindi, cassia fistularis, cannæ odoriferæ; ne hîc de herbis, floribus, arbutis, fructibusque Indiæ Orientali partim propriis, partim etiam communibus Occidentali, dicam. Eant in consilium cum Naturæ scrutatoribus & regionum consciis, qui talia securè asserunt, aut credunt. Nec idem sol (respectu operationis & ipsius terræ sitûs,) est, nec idem solum. *India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.* Species enumerando circumspicior modestiorque fuit *Eduardus Chamberlayn* part. i. de Stat. Angl. præsentis, c. i. p. 6. referens: What great plenty of Apples, Pears, Plums and Cherries? How doth England abound with wheat, Barley, Rye, Pulse, Beans and Oats? with most sorts of edible Roots and Herbs? It wants not Apricocks, Peaches, Nectarens, Crape, Mulberries, Figs, Melons, Quinces &c. wallnuts, smal nuts, Filbrots, Chesnuts, Medlers, Gooseberries &c. Legat, si quis porrò de assertione nostra dubitat, vel solum *πίνακα βοτανώνυμον, πολύγλωττον & καθολικόν*, laboris diligentiaque opus singularis, quod nuperrimè vulgavit dignus tanto Electore-Principe Archiater & Consiliarius, Naturæ per Germaniam inprimis Curiosus, Dn. *Christianus Menzelius*, ex officina Rungiana Berolini. Confidenter asseram: vix, ac ne vix millesimam solorum nominum notitiam de plantis, in memoriam *Barclajo*, cum hæc scriberet, venisse.

*Proceras habet Lauros,*) *Laurus* δάφνη *Græcis, Asiaticis, Italis, Hispanis, Gallis, Anglis* communissima. Jam & in Germania nostrate frequens non modò, sed admodum procera alitur. In Episcopali horto, qui *Bambergæ* floret, atq; *Schlacko-*

¶  
*Laurus ubi  
 frequens &  
 procera?*

*verde* in Bohemia verè Paradiso Principali, laurus me vidisse memini tam altas, ut sex ampliusqve superarent cubitos. Jam & privatorum passim hortos occupat. Peculiare est, quod prodidit *Lampridius* de Lauro, quæ intra anni spacium proceritate Persico vicinam arborem exsuperaverit, victoriam *Severo Alexandro*, Cæsari, (in cujus paterna domo nascebatur) contra *Persas* maximè portendens. Qui ibidem addit: *sortes accepisse adhuc parvulum, cum de futuris vates aliquis consuleretur:*

*Te manet imperium cæli, terræq; marisq;*

*Te manet Imperium, quod tenet imperium.*

Laurum vitis averfatur adeò, ut propinqua lauro germina retrorsum etiam flectantur; quasi vim odoris fugiant.

¶  
*Rosmarini  
abundantia.*

*Rosmarini* planta apud multas gentes ipsa curâ, qua educatur, pretiosa, hîc vulgaris, & nonnunquam in sepes, velut ad hortorum custodiam stipata.) *Rosmarinus Libanotis* dicitur à thure, quòd accensum thus quodammodò redoleat; & *Coronaria* quòd coronarii  $\sigma\epsilon\phi\alpha\nu\omicron\pi\lambda\omicron\kappa\omicron\iota$  ad corollas communissimè adhibeant. Hortensis folio angustiore, ut spontaneus latiore gaudet. *Europa*, *Asia* *Africa*q; peragratore curiosus Dn. à *Neizschiz* in Itiner. sui lib. non modò secundo, c. 2. memorat, quòd viderit *Gallatæ* in Constantinopolitana ora *Rosmarini* ad staturam hominum assurgentis tantam copiam, ut pro sylvestri fruticeto saltem haberetur. Sed & parte 4. l. 1. c. 2. *Jachortam* insulam in mediterraneo sitam à *Rosmarini* laudat abundantia; quemadmodum & *Masfiliensem Gallie* ad *S. Pomo* inter excelsos montes tractum lib. eod. c. 4.

¶  
*Anglia an vitifera?*

*Vitem alere potest, uvæq; ad maturitatem perducere.*) Rectè loquitur *Barclajus*, posse vitem alere, nec velle Angliam. Malè autem *Cæsar Scaliger* exerc. 200. de subtilit. *Insula* (Britannia) tam ferax est, ut à continente nihil, præter vinum petat. Vites enim perferre nequeunt ad perfectionem: propterea à quòd egressum à Leone Solem excipiunt auræ frigidiuscula. Maturescit enim uva autumnici caloribus pomeridianis: qui sub eo calo sunt & breviores, & dilu-

*dilutiores.* Indignanter admodum hæc Scaligeriana *Sheringhamus* excipit primo de Orig. Anglor. c. *Fabulas* narrat Scaliger: *vinum quidem indigena in Britannia rarum est; quia coloni à pascuis, quàm à vitibus uberius emolumentum capiunt; vites tamen Britannicas generosum vinum reddere, satis compertum est. Cum enim vites illic pulcherrimæ nascantur, quæ uvas ferant dulces & succulentas, quæq; singulis annis ad perfectam maturitatem perveniant; quid obstat, quò minus ab iisdem dulce vinum exprimatur?* Naturæ bonitas videlicet deseritur ab incolarum studio ac cura, propter copiam advecti ex *Hispania, Canariis, Gasconia, & transmarinis Regnis* regionibusq; aliis.

Nam & *Cantii amœnitas crebro collium dorso suspensa, & Wintoniensis regio cum ceteris ad meridiem ortumve spectantibus, olim vineta habuere, quæ deinde pascuorum utilitas viliusq; redemptum ex Aquitania vinum exemit.*) Quare autem summi Vir ingenii ac Reginae quondam à cancellis, Dn. *Kenelmus Digby* in Nat. arcan. referat. refert, *nullas vel vindemias, vel sufficientia ad subiendum torculari vina Angliam habere?* Distingvendū nempe inter tempora superiora & recentiora. De his loquitur haud dubiè. Nam tempore *Jacobi VI.* Britannici Monarchæ aliter res sese habuit. Iccirco noster etiam *Barclajus: olim vineta, inquit, habuere.* Diferentis id exponit verbis *Eduardus Chamberlayn* citato ante loco, p. 9. Vineyards have been heretofore common in most of the Southern and middle parts of England; and silcks might be here produced as it was once designed by King James; but a great part of the Natives, prone to navigation, supplying England at a very cheap rate, with all sorts of wines.

*Lupi quoq; eâ Insulæ parte exacti, nudos greges & vix alicui molosso creditos, non infestant. Nam diligentia antiquorum, cum grassaretur luporum rabies, curamq; pastorum aut fatigaret, aut falleret, totum in iis sedibus tam pervicacis feræ genus extinxit.)* Casum atq; causam enarrabimus. Rex *Edgarus* sævitiam luporum & crudelitatem cum in homines, tum greges ovium detestans, Principi *Merviniæ Ludvallo* imperavit, ut tricenos vectigalis nomine lupos sisteret quotannis. Quâ effectum arte est, ut bestia per universam deleteretur Angliam. *Camdenus* testis in *Mervinia, so*  
Me.

¶  
An olim fuerit  
ex parte?

¶  
Anglia igno-  
rat lupos.

*Merionet Shire*, p. 530. Ratio in promptu; quia partes Angliæ pleræque habitantur, nec agnoscunt spaciosas sylvas. Unde fit, ut locum lupi non reperiant, quò tutò se recipere possint. Quin nec in *Hollandia* familiares iupi; quia nulla horum ibi receptacula. Allusivè Gallicus Satyricus, cum Rex *Elisaberba* Scotiæ Reginam *Mariam* amputati capite mandasset, epigrammate sequenti:

Anglois: vous dites, qu'entre vous  
Un seul loup vivant on ne trouve,  
Non, mais vous avez une Louve,  
Pire, qu'un million des Loups.

Vid. *Eduard. Merreti* Pinacem rer. Natural. Britann.

¶  
Molossi Bri-  
tannici, qui,  
quales, quan-  
ti?

Vix alicui molosso creditos.) De his canibus *Sberinghamus* prim. de Orig. Angl. 1. Habet, asserit, *Britannia* canes bellatores *Europæis* omnibus ferociores; qui *ursos*, *tauros*, interdum etiam *leones* duello interficere solent, quod nostrâ memoriâ non semel factum est. Quantum in bello valeant *Britannici* canes, *Galli* noverrint; qui eorum copiâ & subsidio magnam olim gloriam adepti sunt. *Britannicos* enim canes, ut testatur *Strabo*, *Geograph.* l. 4. secum in bellum ducere consueverunt. *Ælianus* quoque testis, cum *Hyrchanis* & *Magnetibus* canes veluti societatem belli iniisse. *Lib. 7. hist. c. 38.* Perturbabant nempe ordines & ad custodiam adhibebantur dominorum & tuenda loca. Rex *Macedonum Philippus* usus canibus talismodi ad detegendas hostium insidias. Valent etiam ad persequendum eos, qui in fugam convertuntur, ut vel assequantur, vel vestigent. *Conf. Lips. Epist. ad Belg. cent. 1. Symmachus* omninò autor est l. 2. *Epist. 77.* ferociam *Britannicorum* canum adeò fuisse olim admiratam Romam, uti ferreis estimârit caveis adduci eos oportere. Plura eam in rem à *Barone Stubenbergio* allata ap. *Lans. pro Britann. appendice.*

¶  
Anglorum ge-  
nig ad gulam,  
otia deliciâsque  
in communi  
pronis.

Cibo, corio, vellere, velut exundantis terra muneribus, populus in otio plerumque oblivione laboris, ditescit.) Dotibus Naturæ præter gentes cæteras abuti Anglos ad ebrietatis atque otii excessum, notat Autor, & confirmant testes exteri. En general ( scribit Autor



Autor Europ. Viv. tab. 1. de Britann. Insul. p. 184.) ils sont un peu délicats, & un peu frians; ils aiment leurs aises, ils mangent beaucoup de viande & fort peu de pain, & tombent quelquefois de la sorte dans des maladies facheuses & incurables. Je me suis rencontré avec quelques uns, qui mangeoient jusques à m'épouanter; & c'est une mauvaise habitude, qu'ils ont contractée des leur jeunesse, dont ils se corrigent difficilement. Ex recentioribus nescio quis cecinit:

Tres sunt convivæ, Germanus, Flander, & Anglus,

Dic, quis edat meliùs, quis meliùsve bibat?

Non comedis, Germane, bibis, tu non bibis, Angle,

Sed comedis; comedis, Flandre, bibisque benè.

Limneus: vidi (ait lib. 1. Jur. publ. c. 6. n. 44.) in magna Britannia, quos Candidatos alibi, bñe ebrietatis Licentiatos Doctoresq; passim numero innumero. — Adeò (idem pergit) jam inde ebrietatis vitium per universam gentem proserpit, ut legum severitate nostro tempore primùm fuerit cohibitum. Conf. Camden. in Angl. ad A. Ch. 1581. p. 318. Ferocissimos & voracissimos appellat Anglos Metteranus l. 13. histor. Belg. f. 721. ad Ann. 1587. ne plura, quæ ibidem memorat, adducam odiosa. Non dissimulavit planè Eduard. Chamberl. part. 1. c. 2. p. 50.

Ne quidem in colendo croco labor,) Crocus & Crocum, *κρόκος* Græcis, Zaffarano Italis, Germanis Saffran / ratione loci, ubi crescit, vel sativus, vel sylvester: Anglis *bastard*, and *garden saffron*; ratione temporis, (quo apparent ejus flores) vernus, aut serotinus, complures habet differentias, à florum atque foliorum magnitudine desumptas. Conf. eò Baubin. Pinax l. 2. f. 3. & laudatissimus suprà Vir Dn. Menzelius, Archiater Electoral. Brandenburg. in Indice plantar. polyglott. ad h. v. Magno coli solet studio in Austria, Hungaria, Hispania; negligitur in Anglia, quantumvis optimi coloris & saporis, propter copiam. Habetur in majori pretio cultuq;ve Tabacq; s. Nicotiana; adeò, ut Camdeni Lansiiq; testimonio (Orat. contr. Britann.) tabernæ tabaccanæ non minùs quàm vel cerevisiaræ & vinaræ per oppida habeantur passim. Integra vix sylvæ, Jacobi Regis dicto, fumi-

Croci copia,  
varietas, &  
naturalia  
locis.

Angli Tabac-  
cophili.

B

VCR-



vendulis Britanniae videtur suffectura. Generosos juvenes invenias, qui in expensi codicem quotannis referant Tabaci pretium, argenti uncias mille & sexcentas. Ita ille.

¶  
Anglia an  
transmarinū  
militem agno-  
verit?

Stupenda Hi-  
spanor. classis

¶  
Describitur  
ex Italo Au-  
tore Leti.

*Transmarinum militem ante aliquot etates non viderunt.)*  
Viderunt olim equeidem desideratos *Anglo-Saxones* & victores ad-  
miserunt, posteaque *Danos*. Viderunt domitores etiam *Norman-*  
*nos* sub *Wilhelmo Conquestore*. Viderunt, sed vicerunt simul  
transmarinum militem *Hispanum*, ante ipsum ferè seculum, Anno  
scil. superioris ævi LXXXVIII. *Philippus II.* Rex Hispaniarum ex-  
ædificari jusserat stupendam classem, tantæque rerum hominum-  
que omnium instruxit abundantiam, ut alter quidam orbis naviga-  
re videretur. Angliam spe devoraverant gigantes ex *Iberia*, *Brit-*  
*tanniam* captivam & ponderibus constrictam catenarum ad me-  
talli opus in *Peruviam* deportaturi. Constabat illa, propter na-  
vium immanem numerum, & magnitudinem & apparatus nun-  
quam in Septentrione visa classis VIII. millibus nautarum, clas-  
siorum supra XX. millibus, exceptis voluntariis Nobilibusque  
& extraneis. Ex ære fusili tormenta mille ac sexcenta vexerat:  
è ferro, mille plus minus: globorum centum & XX. millia. Tre-  
pidabatur undique in Belgio ad marini hujus monstri adventan-  
tis famam. Obsidebantur Anglicani portus; sed brevi post  
secutâ, à fortissimis Britannis pugnam initâ navali, derelinque-  
bantur. Accuratè prælii istius cum antecedentia, tum con-  
sequentia describit Scriptor Italus *Gregorius Leti* in *Histor. de vi-*  
*tâ Philippi II.* *Hispan. Reg.* 2. lib. 18. p. 500. & seqq. non paucis.  
*Questa grand' Armata*, inquam, partita dal porto di Plemou  
appena arrivo su le costiere di Spagna; per andare in Brettagna  
e Calais in Francia. Oltre queste navi di guerra (cinquanta  
sette grossissime, ut supra dixerat) & queste Galere, vi era ancora  
una Flotta di trenta cinque Navi; ciascuna delle quali portava gran  
carico la più piccola due cento Botte, e la più grande sei cento, e le  
altre, chi più chi meno. — — In somma questa Flotta veniva  
stimata dagli Spagnoli dodeci milioni di Ducati, de qual la maggior  
parte appartenevano a particolari, sia de Genoa, di Napoli, di  
Spagna, e di Sicilia, e da quali era stata spedita con gran piacere, e  
tanto più, perche sapevano che doveva profittarli al doppio. — Getto  
l' Ancora

l' Ancora vicino al Ponte di San Sebastiano di dove gli Inglesi vede-  
 vano, & osservavano tutti gli andamenti delle navi, e Gallere  
 Spagnole. — Gli Inglesi di coraggiosamente lo fecero con tanta  
 violenza, che ne incendirono molte, altre presero, e poche furono  
 quelle che si salvarono senza grave danno. Così mal tratta e quasi  
 ruinata una buona parte dell Armata Spagnola: & quæ sequuntur  
 ibi plura. Viderunt ergo militem extraneum superiori adhuc secu-  
 lo; sed per recentiores hæctenus ætates militem nec admiserunt  
 transmarinū temerè, nec passi sunt Britanni, sed aliis potiùs, nunc  
 Gallis, Batavis, Hispanis, Russis concesserunt. Quamquam loco al-  
 legato Italus observet de Britanno milite: Che gli Inglesi son  
 semplici Soldati in casa d' altri, & Hercoli in-  
 vincibili nella propria.

*Domestici motus hoc seculo rari;*) Seculo adolescenti nempe  
 sub Jacobo Rege felicissimæ memoriæ. Adultiori autem atque  
 senescente crebri, & pænè continui; de quibus dicere & tædio-  
 sum nimis & prolixum foret. Et quæ fieri posset aliter, inter tot  
 seditiosa capita & capitum coagula, & in hoc coagulorum chaos?  
 Solus sufficit, qui allegetur, *Claudius Salmasius* in Regiâ pro  
 CAROLO I. Mârtyre defensione. Reges, ait ipse in præfatio-  
 ne, (parricidiales homines) abominantur, nisi ipsi sint. In repu-  
 blica si essent, Magistratum aversarentur, quem ipsi non constitu-  
 issent. Ita rempublicam amant in Regno, in republica Regnum,  
 sed utrobique imperium affectant; nec quemquam regnare, aut impe-  
 rare præter se, justum atque æquum existimant. Inde est, quòd In-  
 dependentium nomen adoptârunt, utpote qui à nemine pendere, &  
 à se omnes volunt. Et paucorum interjectu: Quando fuit Episco-  
 patus, mille pestifera sectæ & hæreses in Anglia non pullularunt, &  
 inter eos vel teterrima ista, cui nomen *Brounistarum* &  
*Independentium*. Illi ipsi sunt, qui Episcopos primò, deinde  
 & optimates è Senatu extorres dederunt, mox & Regem è Regno ac  
 vitâ.

Anglia an sine  
 motibus hoc  
 seculo?

*vitâ.* De Regimine præsentis CAROLI II. Regis Serenissimi Sapiientissimiqve, quot turbas dederint seditiosi homines, tacere, quàm vel pauca dicere, vel multa, præstat.

¶  
*Bella an in Anglia sint diuturna?*

*Neque in Anglia, ut alibi terrarum, solent bella consenescere;*)  
Consenescent tamen vitia crudelitatis, semina seditio-  
rumqve, quas nequitia Lojolitarum & fanaticorum furor, &  
divortia sectarum excitant subinde. Bella equidem ut hæc non  
sint, hinc tamen oriuntur sæpius. A tempore regicidarum &  
tyranni olim dominantis *belluæ reperta sunt tam immanes sub hu-*  
*mana facie, quæ eò usq; vesania nullo exemplo prioris avi incitata*  
*processerunt, ut in homines hæc posse cadere, posteritas vix habi-*  
*tura fidem sit.* Vid. eò invehentem graviter *Salmas.* laudato ante  
loco.

¶  
*Turba ac sedi-  
tiones an tam  
citò ibi eva-  
nescant?*

*Sapè octiduum ingentes simul turbas quàm parit, tam absolvit.)*  
Verum hoc de turbis popularibus, seu democraticis; de Oligar-  
chicis & religionis causâ excitatis docuit experientia contra-  
rium, sub Augustissimis Monarchis *Carolo I. & II.* Ne ad remotio-  
ra abeam exempla, loquitur immanis contra Regem, legem, re-  
gionem & religionem intentata conspiratio à maleferiatis ne-  
quam, ab *Oato* indice detecta. Lapidem omninò movit omnem  
nuperæ Apologiæ autor, (quæ pro Patribus facerrimæ societatis  
contra summum Dicasterium Londinense Regium, sed sine die,  
sine Consule, nec sine tamen specie argumentorum, publicata  
fuit,) uti sub prætextu suspectorum hominum, præcipuè *Titi*  
*Oates, Bedloi, Prancei, & Dugdala*, iudices, testes, acta & proba-  
ta corruptissimæ, imò nullius planè fidei argueret. Hoc illius  
animo non planè virulento editum apologema alii examinabunt,  
qui præsertim probè sciunt ex historia recentiori, quam nefariis  
se machinationibus haud vice simplici miscuerint *Parisiis, Ve-*  
*netiis, in Anglia, Scotia Hiberniaq;* Regnis Sacerdotes illi olim,  
quos divina & humana Nemesis atrociorè fato ultra est. In  
omnium adhuc hæret animis, Octobri mense, Anno 1678. erube-  
scendum omni seculo à perduellibus & reis læsæ Mjestatis nefas,  
per fidè susceptum contra Regem pariter ac Regnum. Sumtum  
de non uno hæctenus supplicium exilio, resti, rotâ, carcere, ac  
gladio,

¶  
*Conspiratio  
Anglicana nu-  
pera describi-  
tur.*

gladio, nec dum eradicatum lolium infelix. Deus ipsemet  
diesque plura deteget, & merita his *Catulinis* inferet  
supplicia.

*In homines seviunt, non in opes & tecta, )* Secus, ac in *Scotia*;  
ubi ignibus alternis vindicant incendia. Hinc caret ibi regio  
arboribus, dum adversis facibus inimicorum silvas cremant,  
& injuriis privatis patriæ vastitatem faciunt. An usque  
adeò ab ignibus suppositis huc usque sibi temperârint *Angli*, si  
quærat? parùm abest, ut inversam scenam esse fateamur, pro-  
pter horribilia exempla quædam. Et quid vetat, ipsum introdu-  
cere *Barclajum* in descriptione conspirationis Anglicanæ, quæ de-  
stinabatur d. 15<sup>o</sup> Novemb. Anno 1605. Augustissimo *Jacobo* ter-  
tium annū imperante agebat in alta pace *Britannia*; nihil tumultus  
domi, cum exteris fadus. Non videbatur posse tentari fundamen-  
tum tam benè vallati Imperii. Cujus ut certius securitas viveret,  
erant dicta publicis Comitibus Nonæ Novembres, vocati Ordines Re-  
gni, qui de negotiis publicis cognoscerent. *Westmonasterium* est op-  
pidum, ita *Londino* continuatis domibus annexum, ut ea sola appel-  
latio disjungat. In eo & Regia ad amnem sita, & paulò superiùs  
Curia, quæ hos Regni Conventus excipit. Sacratissimis Regibus digna  
tantâ Majestate sedes. Ad eorum pedes Serenissimi liberi. Cum  
Rege sacrorum Antistites, & quos *Britannicâ* lingvâ Dominos appel-  
lamus; nempe Duces, Marchiones, Comites, Vice-Comites &  
Barones &c. — — *Thomas Percius* erat Regi & nature jure  
& magnis beneficiis devinctus. Quippe etiam in pensionariorum nu-  
merum receptus. Ita vocant selectos ex amplissimis familiis ad illu-  
strem & præcipuam *Britannicorum Regum* custodiam. Is quàm im-  
mane parricidium destinârît animo, admissis aliquot in tanti faci-  
noris communionem, fusiùs exposuit *Barclajus*. Nos brevitatis  
causâ, metam attingemus propiùs. Vim ingentem pulveris  
sulphurei detruserat inferiori subterraneæq; sedi & abdiderat in  
struem fascium. Dolia erant triginta duo, in iis electissimi pulveris  
pondo penè millia novem. Super dolia ferrea masse, quæ flamma  
viribus elata ultra fulminis impatientiam seviunt. Etiam lapides  
& ingentia velut rupium fragmina, quæ aedificii moras suo impetu  
sollerent. Infra Regiam cellam dolium erat positum multò ceteris

¶  
An flammis  
seviunt in te-  
cta quoq;?

¶  
Conspiratio  
Anglicana per  
ignes intenta  
A. 1605.

capacius: quia etiam inermem Majestatem sine magno apparatu aggredi timebant. Nec dubitatum est, quin, si hoc scelus exitum habuisset, cecidissent ultra 30000. mortalium, eversis compluribus ædificiis, ne misera Civitas unicâ clade deformaretur. &c. Nisi Providentia cœlestis ac solertia Monarchæ sagacissimi, & occasio epistolæ infandum nefas prodidisset, actum de Rege, Regia familia, Proceribus, Aulaqve universa Augustissimaqve urbe facile fuisset. Quis verò conjurationis tantæ Autor? Percius, Britannus. Quis minister atqve complex? Natus in Anglia, accitus Vir ex Belgio, Guido Faux. Hæ furia cum sociis sacratis ipsius cerberi inventionem astu novo fatigabant. Aliud ex alio occurrit; ne de turbido rerum statu Caroli I. Regis Martyris quid memorem. Quis credat immanissimum, quod Anno 1666. Septemb. die 2. post primam à mediâ nocte horam ortum est incendium Londini, per dies 4. noctesq; durans pluribusqve simul inflauratum locis 14000 ædificia, 89. templa (*Fourscore and nine Churches, besides the chappels* scribit, Paul Festeau, in Dialogis curiosis statum Angliæ aulamqve concernentibus, p. 153.) conflagrans, casu saltem contigisse? Quamquam enim præter meritum in exteros Germanos atqve Gallos tumultuosa plebs tum temporis sævierit; (*I was told, inquit loc. alleg. Autor, that many French and Dutch were ill used during the fire*) in sinu nihilominus incendiarios è numero Papicolarum aluere.

¶ Aliud incomparabilis incendii exemplum.

¶ Anglicanorum populus ludendi cupidus ac otandi,

Non solennes modò dies, sed & fastos (quis credat?) si sudum est, vario ludo, in proximis campis exercent: ) Ex rerum abundantia nascuntur otia, ex his vitia & ad minimum ludendi exercitia. Si cum vulgo vulgus conferatur in Germania, Gallia & Anglia; apparebit tantò magis, quantò distet gens à gente, propter tolerantiam laboris & impatientiam, propter studium in seriis & ludicris ponendum. Dies non solennes modò, sed & fastos ludo exercere vario in campis, nubilos in diversoriis, currendo scil. saltando, pilâ, aleâ & aliis generibus ludendo, cum tractanda essent seria, ecquanta vanitas supinitasqve! Fallor? an à Gallis has illecebras suxere? Haud obscure Chamberlayn cit. supr. loc. p. 50. fatetur id. *Almost all our terms in hunting, hawking, dicing, dancing, singing &c. are still French.* Profero, non mea ista facio, quæ

Lansius

Lansius ex Jovii Britannia recenset: Anglos totius culinae disciplinam epularumque apparatus, cum in Gallia latè imperarent, Gallis atque Belgis tradidisse; & rebus nibili, atque adeò histrioniae jugiter operam dedisse: in qua sic profecerint, ut jam ap. nos Angli histriones omnium maximè delectent. Sed qui sunt isti homines? sunt ludiones, sunt mimi; quos Imperatores viles & inhonestos appellant; quos etiam, quia quaestus causa & propter premium in scenam prodeunt, famosos esse, Pegasus & Nerva filius responderunt. Asseram liberius dicamque: ritum illum Academicum, quo eruditis & ad altiora adspirantibus per mimos, momos, histriones & satyricos actores, inter seria Musarum & conventus solennissimos illudunt, etiam in locis sacris & religiosis, multò indignissimum videri, & levisimum. Sed porro.

Nubilos in diversoriis oblectant:) De gulæ & bibacitatis nimiae excessu non solum testantur exteri, sed ipsi etiam indigenæ fatentur. Suprà aliquid monuimus; nunc istud addimus ex Eduardo Chamberlayn, part. 1. de stat. Angl. præsent. c. 2. *The English are generally great Flesch-eaters, although by nearness of the sea and abundance of rivers and Fish ponds, there is no want of fish. In former times their table was in many places covered four times a day; they had Breakfasts, Dinners, Beverages and Suppers, & quæ sequuntur.* Digna sunt notatu verba: *Angli sunt in universum magni comedones carnis.* Deinde: *Angli quater comedunt per diem, manè pro jentaculo, meridie pro prandio, vesperi pro merenda, tempore nocturno pro cænâ.* Audiamus ex antecedentibus, eod. loco Anglicum Scriptorem p. 40. *In our Fathers days the English returning from the service in the Netherlands, brought with them the foul vice of Drunkenness, as besides other testimonies, the term of Carous from Gar-aux (Germanicè Gar-auß!) All out, learnt of the High-Dutsch there in the service. This vice of late was more, though at present so much, that some persons, and those of quality may not safely be visited in an afternoon, Without running the hazard of excessive driking of Healths; whereby in a short time twice as much liquor is consumed, as by the*

¶  
Commessandi  
ac potandi  
amans.

*Dutch &c.* Non negat ebriositatis vitium, sed imputat autoribus Germanis. Quasi nihil tam enorme fingi posset, quod non aptissime quadraret ad Germanos inventores. Sed ponamus etiam: quis imitari eos cogit? Fateamur cum *Barclajo* potius: studia ejusmodi in eâ regione vitii ob nimiam felicitatem laborare.

¶  
Angli an libe-  
ri à vectigali-  
bus?

Nullibi in tam ingenti Regno vectigal, ) De *Batavis* antiquis *Tacitus* in *Germanor.* moribus affirmat cap. 29. 2. *Nec tributis continentur, neque publicanus atterit.* De *Anglis* eadem *Barclajus*. Sed unde Regni reditus pro Rege? Audiamus *Thomam Smith* in *Angl. descript.* c. 7. *Primò habet Rex Angliæ patrimonium Regni, quod barbari vocant Domanium. Domanium autem omne ordinar. quot annis reddere 54660. libras, à fide dignis accipi, cui accedunt aliæ 105752. libræ è reditibus Abbatiarum; itemq; 17309. è Lancastria Ducatu. Ne de Principatu Walliæ, Cornubiæ ac Comitatu Cestriæ dicamus. Secundò, cum Rex omnium pupillorum, quorum bona modo aliquo Corona obnoxia sunt, suscipiat tutelam, ad annum usq; ætatis XXI & durante pupillari ætate omnes reditus ipsorum percipiat, & quantum lubet, in alimenta eorum expendat, ex hoc fit, ut ingens summa quotannis ex hac tutela in ærarium Regis inferatur, quam alii 30, alii 60. millium librarum Sterlingensium faciunt. Tertiò ex releviis, id est pretio, quod in feudis recognoscendis solvitur: quorum tanta est multitudo, ut quidam equestrium numerum LX. millia esse prodiderint. Quartò ex portorio, quod Rex percipit, ex omnibus mercibus, quæ invehuntur & evehuntur, sub nomine Pondage. Ab indigenis & advenis exigebatur à secundo inde anno regiminis Jacobi II. Collecta insuper instituta est è lanis lanificiisque exportatis, unde maxima emolumenta redierunt. Nunc dierum quid in usu sit, exponit *Eduardus Chamberlayn* part. 1. of the present stat of Engl. c. 4. p. 72. Upon the happy restauration of our present king, the Lords and Commons assembled in Parliament, finding the Crown-Revenues much alienated, and the Crown-Charges exceedingly increased, — did unanimously conclude, that for the peace and security for the wealth and honour of the king and kingdom, it would be necessary to settle upon his Majesty a yearly Revenue of Twelve hundred thousand Pounds, (Sterlings) and accordingly  
with*



with the kings consent. — There was established by im-  
posts, upon imported and exported Goods, upon liquor drank  
in England, and upon Fire-hearths, so much, as was judged.  
Nowithstanding which the whole yearly Revenues of the  
king of England, are not above the twelfth part of the  
(*Revenues of his Kingdom*) &c. Colligimus ex his: omninò ve-  
ctigalia & tributa cogi hodieqve (nomines ut lubet, modò rei  
nihil mutes,) cùm ab importatis, tùm ab exportatis mercibus,  
liqvoribus, ad 1200000. libras, & à focus singulis requiri  
amplius.

*Non in Urbibus pontiumve discriminibus publicanorum statio-  
nes: præterquàm iis locis, unde naves in exteras plagas solvunt.)*  
Maximoperè mos Anglicanus hic ab *Eduardo Chamberlayn*  
laudatur part. 1. Stat. Angl. præsent. c. 4. p. 74. quòd nec tributis  
generalibus, impositis pro mercimoniis, alimentis, vestibus, pa-  
pyro, dignitatibus honoribusqve officiorum Magistratumqve  
redimendis, subditi vexentur ibi. Atenim pro potulentis, & pro  
importatis pariter ac exportatis colligi impostam, antè dixerat.  
Et infra aliquid nos memorabimus. Comparativè loquitur videli-  
cet, intuitu regionum aliarum: *The king of England's Revenues  
were never raised by any of those sordid base ways, used in other  
Countreys, as by sale of honours, sale of Magistracies, sale of offi-  
ces, of Justice and Law &c. But the Revenues of the kings consists  
either in Demesns (malim lege re Demains,) or in Lands belonging  
to the principality of Wales, Duchy of Cornwall, of Lancaster, in  
Tenths, and Firstfruits, in Reliefs, Fines, Amercements and Con-  
fiscations &c.* Hinc patrimonii Fisciqve Regii reditus sufficientes  
ad thesaurum colligi affirmat in antecedentibus; ex decimis, pri-  
mitiisq; fructuum, ex uno atqve altero Ducatu patrimoniali, ex  
pœnis, mulctis, confiscatis bonis & similibus. *Elisabetham*  
admiratur meritò *Bodinus* 6. de Rep. 2. quòd nec indictionibus  
urgeret subditos, nec acciperet pecuniæ ingentem vim oblatam  
ab Ordinibus, hâc excusatione usa: *in subditorum arculis pecu-  
niam perinde benè custodiri, quam in suis.* Testis est *Camden.* in  
Angl. ad Ann. 1566. O vocem magnanimam rarissimamqve! Alibi

Publicani &  
Telonia an  
sint in Angl.

C

terra



terrarum summa omnium Comitiorum est, PECUNIA, PECUNIA! In Anglia, oblata sponte, non recipiebatur.

¶  
Portorium pro  
mercibus sol-  
vendum.

Nam importatas merces, aut quæ inde exportantur, profiteri apud eos, necesse est, qui à Rege portorium conduxerunt.) Portorium illud omne, quod ex omni genere mercium tam domesticarum, quam peregrinarum, in usum Principis, ad superiorem exigebatur modum, non ita pridem certâ ponsitatione à Rege redimebatur à publicanis tam Londini, quam in cæteris portibus; quia magna vectigalibus inferebatur fraus. Compertum fuit A. 1621. quòd vectigal evectarum mercium reddiderit publicanis 82162. libras, importatarum autem 91059. libras Sterling. Lucas de Linda in descript. Angl. potent & divitiar. p. 436. Pertinet huc etiam *Groate Anglorum*, quod & *Groß*. nomine interdum exprimunt. Concessa Regi una drachma nempe continens denarios (peny) IV. de Viro quolibet & foemina; als *Kopff-Geldt*. Vid. *Henr. de Knyghton* l. 5. de eventib. Angl. p. 2632.

¶  
Nobilitas An-  
glicana quæ  
ac quantæ?

Summa apud omnes Nobilitatis reverentia: quam intra brevem eorum numerum estimant, quos Dominos vocant.) Nobiles, secundum *Thome Smithi* testimonium, Angl. descript. l. 6. c. 17. in Anglia dividuntur in majores & minores. Majores sunt Duces, Marchiones, Comites, Vice-Comites & Barones; qui vel hæreditario jure his titulis gaudent; vel iisdem, virtutis ergo à Rege ornantur. *Idem* cap. anteced. *Inter Nobiles*, inquit *primo loco Rex, tum Principes, Duces, Marchiones, Comites, Vice-Comites & Barones recensentur. Atque hiæcat' ἐξοχῆν Nobilitas vocantur; & porro Domini (Lords, Scoticeque Laids nominantur, salutandiq; formulâ Mylords, Domini mei,) Viri nobiles audiunt. Hos proximè sequuntur Equites aurati, Armigeri & Generosi. Gradus Anglicæ Nobilitatis V. etiam Eduardus numeravit Chamberlayn part. 1. c. 18. The degrees of the English Nobility are only five. Viz. Duke, Marquis, Earl, Vicount, and Baron. These are all peers; but the four first are for State, priviledge and precedence &c. Duces nimirum, Marchiones, Comites, Vice-Comites, Barones, nobilioris in Rep. partis vicibus funguntur. Equites, Armigeri, Patriicii, Cives & Plebei multitudinis locum obtinent. Conf. *Selden. titl. of hon. part. 2. c. 3.**

H

Hi sunt Duces, Marchiones, Comites & Barones; Cur omit-  
 tuntur Vice-Comites? cum ordines sint V. ex recensione *Smith.*  
*Seldeni* atque *Chamberlayn*, qui postremus singulas exponit eorum  
 dignitates, loc. alleg. & à fine ferè capitis illius XI. Vice-Comi-  
 tes (*Vicounts*) enumerat. Et primus explicat, quid Vice-Comes  
 sit seqq. *Comitis filius primogenitus patre superstite Vice-Comitis ti-  
 tulum usurpat. Vetus officii, sed nova dignitatis appellatio, & Hen-  
 rici VI. tempore primum ap. nos audita.* Idem ante scripserat *Cam-  
 denus*. Vid. etiam *Selden.* part. 2. titles of honour, c. 5. f. 759. seq.  
*L'Oyseau* des Seigneuries chap. 5. nec non *Farin.* Theatr.  
 d' Honneur p. 609. Regni Ordines superiores hi constituunt supe-  
 riorem Curiam (das Oberhaus) inclusis nihilominus Archiepisco-  
 pis & Episcopis. Inferioris domus membra (the *Common-house*)  
 Equites, Armigeri, Nobiles, Cives, & Plebei.

Ducum & Marchionum omnes liberi, ex Comitum filiis major  
 natu.) Dignitas eorum non tam dependet à persona, quam à  
 territorio. Hinc fit in Anglia, ut Primogeniti, quantumvis *Lordi* ap-  
 pellentur & indubii hæredes sint paternæ dignitatis, excludantur  
 interim suffragiis in Curia, viventibus adhuc parentibus; nisi aut  
 rescripto Regio peculiari, aut possessione Baronix fulgeant. Au-  
 tor operis *des Estats du Roy de la grande Bretagne*, tit. Gouverne-  
 ment d' Angleterre, n. 5. scribit: *Le fils aîné d' un duc, du vivant  
 du pere, sera nommé Comte; & le fils d' un Comte, Vicomte, Baron:  
 Les autres enfans des Ducs, & des Marquis de mesme que les fils  
 aînez des Comtes.* Idem n. 27. f. 12. edisserit: non nisi filio Ducis  
 unico solenni ceremoniâ conferri Ducis dignitatem; reliquis eâ-  
 dem planè destitutis. Rationem dat *Seldenus* titles of honour part.  
 2. chap. 3. f. 539. *That assumption was especially used by the young sonnes  
 of Counts, that receiving part of their fathers inheritance, at is were  
 in appenage without the honorarie. Title of Count, that went only  
 to the eldest, stiled themselves Barons of that patrimonie.* Appanagia-  
 ti (veniam precamur voci Gallicæ originis) acceptâ parte exclu-  
 soriâ nimirum, uti non succedunt in communicationem feudi,  
 sic neque in participationem paræ dignitatis.

Illis quoque, *Episcopos Majorum pietas adjunxit.*) Archiepisco-  
 pi non omissendi. Habet Anglia, haud secus atque Scotia Hiber-

¶  
 Ordines supe-  
 rioris domus,  
 Vice-Comites  
 quoque.

¶  
 Primogenito-  
 rum conditio  
 in Anglia.

¶  
 Archi- & Epi-  
 scoporum An-  
 glie eminen-  
 tia.

niaq; Archiepiscopos Episcoposqve suos, eminentes eqvidem in Procerum superioris Domus numero, sed non auctoritate veteri pollentes. Apud antiquos Britannorum Reges (inde à *Wilhelmi Conquestoris* maximè temporibus,) sub dominio Hierarchiæ Pontificiæ insigni potestate ac auctoritate utebantur, & abutebantur; cum ne quidem Regibus parerent. Dependebant enim omnes à Pontifice Romano. *Henricus* postea VIII. etsi Pontificiæ religioni maximè addictus esset, & vehementissimè *Lutherum* impugnaret, (*Fidei defensor* ob id dictus à *Leone X.*) primus nihilominus auctoritatem Papæ sustulit ex Anglia; in causâ matrimonii ab eo irritatus, ut Ecclesiæ totius Anglicanæ caput sese declararet, & Archiepiscopos Episcoposqve sibi faceret obnoxios. Ab eo tempore in superiori Curiâ præpotuere Reges propter eminentes hosce Clericos, in Regni Ordines adscitos suffraganeosqve Regi. Tolerati sub *Elisabetta* & *Jacobo* Regibus (*Maria* enim multa contrà eos statuit tyrannica) Episcopi; dum A. 1638. sub *Carolo I.* regimen Episcopale fuerat à Glascuensi Synodo pro nota AntiChristi habitum. Hinc turbæ ortæ atq; cædes, hinc & inde graves. Exarserunt etiam acerrimæ de Regis pariter & utriusqve Curia potestate concertationes, Regicidii præludia, *Cromwello* & *Fairfaxio* agentibus personam in hoc tragico theatro principalibus. *Batèus* autor est in Eiencho motuum Angliæ nuperor. p. i. supplantatorem (vulgò *Protectorem* nominari se volebat. credulâ nimirum plebe applaudente,) libertatis Anglicæ *Cromwellum*, nihil prius habuisse, quàm ut cum exterminatâ Regiâ familiâ Episcoporum deleteretur nomen, & *Independentium* succederet in vices. Itaq; exclusi à consiliis Reipublicæ, vix domi suæ ab insidiis cavere sibi poterant. Simul autem hodiernus est incomparabili cum sapientiâ tum providentiâ cælesti redditus paterno avitoqve throno Rex, id primum cordi duxit, ut Archiepiscoporum & Episcoporum ordo restitueretur, idq; facilè obtinuit. Hinc classis Procerum ex ordine religioso; multum interim potentiâ inferior. Nam olim *Papa fuerat alterius Orbis appellatus, & Britannicus Pontifex, Archiepiscopus Cantabrigiensis.* Quod uberius persequitur

*Eduar.*

*Eduardus Chamberlayn* part. 1. of the present stat of Engl. c. 17. p. 217. of the Archbishop of Canterbury.

*Ipsi velut in terram positos contemplantes suum fastigium non ignorant.*) De populo Anglicano generatim *Meiteranus* in Hist. Belg. conqueritur, quod insolens & arrogans præ aliis sit gentibus. Ad gravitatem poterat referri, quod de Nobilitate tradidit majori hinc *Barclajus*; nisi *Lansius* ex *Jov.* Britannia doceret; infelicem atq; semihominem putare eos illum, qui extra Britanniam sit natus; quandoquidem sint f. stuasi & superbi. Et ut hunc (pergit idem in Orat. contr. Britann.) pravum adfectum prodant publicè Nobiles Angli, more veterum Gallorum plurimos circum se ambactos clientesq; alere & cohortem famulorum affectantium. Odiosis cæteris abstineo; ignarus minime, quid in nostram potiùs Germaniæ Nobilitatem replicari à Britannis posset.

¶  
Fastus Anglicanus qualis?

*Beneficio Regis novi Optimates in gradus adoptantur.*) Equites in primis vel ante pugnam, virtutis accendendæ gratiâ, ut fortunam belli alacriùs periclitentur; vel à pugna, re præclarè fortiterq; gesta; vel in pace deniq; , propter aliquam fortassis operam insigniter navatam, vel spem bonam, quæ de illis concipitur, militari cingulo ornantur. *Thom. Smith.* lib. 1. Angl. descr. c. 17. Riturum hunc descripsit prolixissimè *Selden.* titles of honour, part. 2. c. 1. p. 451. seqq.

¶  
Jus ceremoniarq; Equites creandi.

*Multa publicè constituta tam ambitioso nomini reverentiam cultumq; conciliant.*) Tabulas hinc facientes memorat *Seldenus* loco allegato. Ex quo & *Ant. St. Angl.* c. 18. ordine exposuit & reddidit idiom. vernaculo *Becmannus* celeberr. Not. dignit. illustr. dissert. 7. c. 1. p. 191. seqq. immunitates & ambitiosa privilegia. Inter Nobiles, scribit *Smithus* de Rep. Angl. c. 16. primò loco Rex, tum Principes, Duces, Marchiones, Comites, Vice Comites, Barones recensentur; atq; hi nat' ἐξοχὴν Nobilitas vocantur; uti supra commentati sumus.

¶  
Privilegia Nobilitates maximè majoris.

*Si contigerit ari alieno impares esse, urgentibus creditoribus in eorum corpora nullum jus esse potest; quanquam in Anglia debitores etiam in judicium non vocatos sæpe carcer accipiat.*) Secundum juris regulam communem alioquin obtinet, ut, qui non habet in ære, luat in corpore. Exceptionem tamen cum restrictione habet Angliæ consuetudo. Facto igitur, imprimis exteri, aut populares,

¶  
Exempti sunt ab afflictiva corporis in causa debiti.



nondum in iudicium vocati, 'carcerem subire adiguntur. Statutum est de Regni Paribus: Daß die Güter der Pairs allezeit tüchtig sein ihre Schulden zu bezahlen / und die Schäden zu ersetzen; derothalben muß man sich an ihren Länden und Gütern erholen / ihre Person aber darff man niemahls arrestiren / oder in gefängliche haßte nehmen / weiln dieselbige allzeit frey seyn sollen / damit sie immerdar dem König Dienste leisten mögen.

¶  
Immun. à tortura.

*Sed hoc illustrius, quòd maximorum criminum accusati, scilicet in ipsam Remp. iniisse consilia, de equuleo securi sunt.*) Ad prærogativam Parium Angliæ refertur: Man kan keinen Pair auf die Folter spannen / die Wahrheit aus ihm zu bringen / wenn es auch gleich wegen hoher Verrätheren wäre. Item: Vermöge der Englischen Gesezze / können die Edelleuthe nicht auf die Folter gespannt werden: man hänget die Edelleuthe auch nicht / sondern schläget ihnen den Kopff ab. Conf. Cowell. Inst. de Judic. §. 35.

¶  
Quæratio.

*Veritatem ab iis per tormenta posse exprimi noluerunt, qui leges condiderunt.*) Idem etiam mos obtinet in Soccia, ut torturam non admittant. Cujus instituti rationem reddunt; quoniam servilis poena sit, nec Reipubl. prodesse possit, cujus membra adeò exhausta & detorta fuerint. Nam si contigerit, infontem esse, quæ par esse possit compensatio, ut de injuria illata satisfiat? Aut si mori oporteat, cur prius excarnificari debeat afflictus? Poenæ tamen habent Angli speciem, quam fortem nominant ac duram, quâ, si quis per contumaciam in iudicio capitali vel mutus stet, vel ad interrogata non respondeat, quòd iudicium ad exitum perducitur, de cætero sit in confesso, illum reum esse criminis, nudus super terram inter duos asseres extenditur, & ferri saxorumq; maximis ponderibus pectori impositis tam diu oneratur, donec vitam penitus exhalet. Cujus unicum id est solatium, quòd hæredibus defuncti relinquuntur bona, Fisco Regio alioquin inferenda.

¶  
Anglorum gravitas laudesq; alie.

*Anglis ut plurimum gravis animus, & in se, velut ad consilium seductus:*) Multa de hoc argumento attulit notatu digna James Howell in dignitate Regn. Angl. & Sieur D. T. V. Y. Gentil homme Ordinaire de la Chambre du Roy, en les Estats, Empires, Royumes & Principautez du Monde, tit. des Estats du Roy de la grande Bretagne, n. 9, 10, 11. Autor operis L'Europe Vivante tab. I. de Insulis Britannic. p. 185. Nobilitatis educationem, dotes, mores atq; pulchritudinem imprimis Gynæcei Anglicani admiratur, scribens: *La Noblesse en Angleterre a un grand soin de l'education des enfans,*

enfans, & sur tout de leur'imprimer des le berceau le respect qu'ils  
 doivent à pere & à mere, jusques à mettre un genou en terre tous les  
 matins en les saluant. Benè hætenùs, quòd venerationis tantæ cha-  
 racterem imprimunt ad parentes honorandos, liberis. Sed malè  
 isthæc: Mais on leur inspire en même temps une certaine fierté, dont  
 ils ne se peuvent jamais depoüiller. De cætero pergit: D'ailleurs cette  
 Noblesse est pleine d'esprit, galante, liberale, magnifique & aime la de-  
 pense pour le moins autant, que les François. Pour les Dames Angloi-  
 ses, c'est la beauté même; & je m'etonne, que les Poëtes ne se sont point  
 avisez de faire naître leur Venus en Angleterre, s'il y avoit d' aussi belles femmes qu'elle en nourrit à present, lors qu'  
 elle portoit encore le nom d' Albion. Elles sont renommées par toute la  
 terre; & avec la blancheur du teint, à laquelle peuvent contribuer le  
 climat un peu froid, & un air epais, elles ont un port avantageux, &  
 une taille tres belle. Elle sont civiles, galantes & enjoués; leur con-  
 versation est spirituelle, & elles possèdent enfin toutes les qualitez à  
 se faire aimer. Ad encomia Nobilium in Regno Angliæ tam lau-  
 dabilium congestit plura Chamberlayn part. I. c. 2. p. 37. seq. Sed  
 precario ad Lansium hæc parte provocavit Sberingbamus c. 1. de  
 Orig. Anglor. p. 15. Gravitationem enim illam Lansius inhumanita-  
 tem erga exteros & insolentiam appellat. Wilbelmus etiam Lam-  
 bardus in lustratione Cantii ingenuè fatetur ap. Thom. Smith. de-  
 script. Angl. p. 107. Accusandam omninò esse veterem *μισοξενία*,  
 i.e. ferociam inveteratam, & (ut ille loquitur,) crudelitatem An-  
 glicæ nationis erga advenas atq; peregrinos. Quâ de alibi.

¶  
 Gynæcei Angli-  
 cani commemo-  
 ratio.

¶  
 Anglicana  
 gravitas exce-  
 dens,

Dum salutant, aut scribunt, descendere ad verba imaginaria ser-  
 vitutis, quæ istorum seculorum blandities invenit, non sustinent.) In  
 officiis salutandi atq; invisendi Anglos, celebres ab Artium & sa-  
 pientiæ professione alioqui Viros (tantum abest, ut ad civilitatis  
 Gallicæ excessum adeò descendant) memini ab exteris complu-  
 ribus id accepisse, parùm se civiliter exceptos sæpiùs. Exempla  
 odiosa sunt. Qui volet, videat diserte satis conqverentem Sicut D.  
 T. V. Y. loco antea producto, n. 12. de Magn. Britann.

¶  
 An dicenda  
 inhumanitas?

Populus rei maritimæ studiosus, neq; aliud tanta Insula validius mo-  
 numentum, quàm tot nautarum sedulitas.) In studio rei nauticæ  
 Britannos quidem æquant Batavi, non tamen superant; nisi in pi-  
 scatione Harengorum, & commerciorum viribus in India Orien-  
 tali.


¶  
 Peritia & po-  
 tentia mariti-  
 ma Anglorum.

Th 129  
OK

tali. Per universum tamen orbem cognitum, & aliis incognitum, peritiâ navali latè diditam amplificaverunt famam. Prudentiâ *Henrici VII.* nimirum populus terrestri à militia retractus ad maritimam. Confectæ intra breve tempus naves plurimæ, pauperiem avitam hinc mirificis successibus beârunt. Crevit numerus nautarum, sed decrevit rusticorum; cùm emolumenta capere majora longè possent è re nautica. Ne agri interim in solitudinem abirent atq; obsylvescerent, Rex solers jusserat, ut oves numero ingenti alerentur per feracis Regni agros. Hinc lanæ abundantia & pannificii. Jam quid de fortitudine *Britannica* militiæ navalis disseram? *Pour le Pilote* (scribit Autor Europæ Vivent. tab. 1. p. 152.) *Anglois il ne cede à nul autre, il a de l' experience & du courage, & porte pour sa devise: Vaincre, ou mourir.* Ac paulò post. *Je me contenteray de finir cet article par se sentiment des Italiens: " Che il regno d' Inghilterra non ha bisogno d' altri per la propria diffeza; anzi non solo è difficile, ma si può dire impossibile (se non è divisione nel Regno) che per via di forze possa essere conquistato.*

Castrensi-  
morborum  
cause ap.  
Anglos, &  
exempla.


*Nec in castris, quàm navibus, pejor miles, præsertim si externo aëri assuevit cibisq;, quos sæpè inexpertos avidius Angli gustant*) Hoc illud nempe est, quod volebam. Ne de *Lusitania* exemplo, Anglicano militi à gulæ vitiis funesto, dicam; missus à *Jacobo* divo Rege in Germaniam exercitus instructus, duce *Hamilthonio*, non præliis armisq;, verùm cibis & Germanico enectus victitandi genere. In *Asia, Africa, America*, & sola inter *Fortunatas* Insulas *Jamaica* quot millia eorum hausta sæpiùs à morbis epidemiis, Anglorum maximè infestis genio? Quid de immodico *Nicotianæ* fumo, quid de ingluvie, impatientia & conspiratione adversus rectores suos, quid de sudore Anglicano dicam? Verè igitur *Barclajus* in seqq. subjecit: *Hæc incommoda gula à Britannia delatas Legiones non semel absumserunt; & classem Elisabethæ Regine auspiciis Lusitania littoribus applicatam, cùm Angli stragem hostium & vastitatem fecissent, nimius æstus, & sævitas pomorum & baccarum panè totam debellavit.*



1077

MC





B.I.G.

Farbkarte #13

K. 376,9.

X/186/1224



DE  
ANGLIÆ REGNI  
GENIO, DOTIBUS  
AC MORIBUS,

SEPARATIM,  
Ad

JOAN. BARCLAJ Icon. Animor.

PRÆSIDE


GEORG. CASP. KIRCHMAJERO,

Orator. in Electoral. Sax. Academ. VVittenberg.

Prof. Publ.



*Differet in Auditor. Majori*



*Ad d. Julii, ANNO clb lbc LXXXII.*

PETRUS THEODORUS Le CERF,

Magister Parisiensis, Cadomo-Gallus, Medicinæ Cultor.



WITTENBERGÆ,

Imprimebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.